Illuſtriſſime et Excellentiſſime Domine
Domine Obſervandiſſime,

N.o 17

Accepta de præsentia ad latus S.æ Regiæ Majesta,
tis Domini Nostri Clementiſſimi Dresdæ Ill.mæ V.ræ
Excell.æ, notitia, eo magis gaudio me affecit, quo recor,
dando anteriorum mihi exhibitorum ejus benevolentiæ
documentorum, nullum remanet dubium de constanti
sua erga me amicitia, ac justis meis desideriis interes=
Sisq; præstandum efficax promittit patrocinium; Et
quemadmodum Ill.mæ V.ræ Excell.æ incognitum non
erit, qua ratione malevoli aliqui Curlandorum Nobili,
um, confirmatam mihi à S.a Regia Majestate Admi=
nistrationem infringere, ac mei Nepotis ex Fratre Mi,
norennis Ducis Regimen, petitione veniæ ætatis intro,
ducere intendant, imò tumultuario modo, contra auto=
ritatem S. R. M.tis et Reipublicæ, ut ipse se declara,
ret majorennem, perduxere, cum tamen ejusdem Ducis
Minorennis ætas, competentes ad id nondum attigerit
annos, atq; inquietus ille Treÿden qui ab initio statim
Administrationis meæ, mandatis S. R. M.tis cum

aliqvibus paucis, contravenire non erubuit insti
ctu Curlandici nunc autem Prussici Consiliarii vo
cati Lau qui fomentum illorum semper fuit estq; ad
huc et auxilio Aulæ Berolinensis eos suffulcire, ac p
indirectum eam immiscere nititur, hæc omnia facit m
limina et sua cooperatione ab aliqvot asseclis depu
tare se fecit, totus enim Eqvestris Ordo Curlandica
in id non convenit, imo et Supremi Consiliarii, privat
Deputationes uti Domui Ducali totiq; provinciæ da
nosas, tenore exaratarum eorum ab me literarum
qvarum Extractum Supremo Aulæ Mareschallo et Su
Camerario S. R. Mtis Illustrissimo Domino Comiti
Pflugk misi Illrma Vra Excellea cum aliis eide
transmissis literarum copiis monstrantibus Aulæ B
rolinensis intentionem, communicandum, improbare
contestantur; optantes rogantesq; Deputationem
ab ipsis necessitatis casu regulandam, debito
loco cura mea confulciendam; Sic qvoq; justi

ac Clementiæ S. R. Mtis confidens firmissime spero,
Eandem S. R. Mtem cui unice cum Republica ex Se,,
natus Consilio, suprema competit rerum Curlandicarum
dispositio, prætensos ad eam forte advenientes Depu,
tatos ac eorum propositiones non attenturam, verum
me circa Ducatuum Administrationem Illustris,,
sima Vestra Excellentiæ prapollenti remonstra,,
tione, gratiosissime conservaturam, eaq; propter
proximis, sanitate mea parum restituta, ad Sa,,
cram Regiam Majestatem ipse sum venturus,
ac Illrma Vestra Excellentia mentem suam
desuper benigne mihi perscribere, atq; e Can=
cellaria sua contrarium qvid Administratio,,
ni meæ, expediendum haud permittere, dignari
velit, enixe rogo, qvi exhibitos mihi hujusmodi
benevolentiæ affectus, omni officiorum promp,,

Celsmus Dux Curlandiæ
d. 15 Xbris 1709

172

titúdine demereri conabor, ac debito venera-
tionis cúltû, incessanter maneo,

Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ,

ad Officia Parati-
tinus et Obsequiosissi-
Servitor

Ferdinand Du[x]
Curl[andiæ]

Schmalkaldiæ, die 15.
Decembris, 1709.